

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Francisci Bvddei, P.P. Elementa Philosophiae Practicae

Buddeus, Johann Franz

Hala-Magdebvrgicae, MDCCCLXXVII.

VD18 13037862

Lectori Benevolo S.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



LECTORI BENEVOLO S.

Quae me induxerint rationes,
ut elementa haec philosophiae practicae in lucem
proferrem, in praefatione priori editioni praemissa exposui. Sed reli-
qua etiam, quae de hoc meo in-
stituto aliis significanda existimauit,
ibidem retuli. Nonnulla tamen fa-
teor in hac immutauit, meamque
in quibusdam correxi sententiam,
quod illis, quibus veritate nihil prius
est, nihilque antiquius, vitio verti
non potest. Ast pauca ea sunt, nec
omnia adeo magni momenti, mul-
to minus hic indicanda, cum si quis
operae pretium duxerit, huncce li-

(2 bellum

* * *

bellum perlustrare, si quidem quae
antea docui illi perspecta fuerint, et
facile ea deprehensurus sit, et intel-
lecturus etiam, nihil sine gravissimis
me fecisse rationibus.

Praecipuum forte momentum
trahit qualiscunque ordinis, in se-
cunda et tertia parte, mutatio.
Quod non tantum ideo feci, ut in
omnibus practicae philosophiae par-
tibus, eadem methodus, eademque
tractandi ratio obseruaretur, qua-
lem et in instrumentalí philosophia
adhibui, vtque adeo cuncta inter se
consentirent melius, atque conspi-
rarent, sed quod intelligerem, hanc,
quam hic fecutus sum, tractandi
methodum rebus ipsis per quam esse
accommodatam.

Superstitiosius itaque obseruati
ordinis suspicionem plane deprecor,
cum probe sciam, et alibi etiam do-
cuerim, methodum accommodan-
dam esse rebus, non res methodo.

Mora-

* * *

Moralium autem ciuiliumque rerum naturae nihil conuenientius, quam inde humanarum actionum ex ipsa conditione humani generis explorata, vitiisque et perfectionibus intellectis, de mediis illa removendi, has acquirendi, esse sollicitum. Accedit, quod ita statim intellectus adsuefiat ex ipsa rerum consideratione principia sibi efformandi, quibus suas superstruat ratiocinationes, quam veram et genuinam esse philosophandi rationem, cordati omnes et rerum harum intelligentes, mecum consentiunt.

Praeterea et in eo a priori haec editio differt, quod in illa ius gentium separatim a iure naturae trididerim, in hac autem in ipsa iuris naturalis tractatione, statim vnicuique capiti, vbi quidem res ipsa hoc aut permittebat, aut exigebat, statim applicationem ad integras gentes, subiunxerim. Hac ratione enim

* * *

facilius me illorum errori, qui ne-
scio quod ius gentium a iure na-
turae distinctum comminiscuntur,
omnia hoc ipso turbantes, & leges
cum moribus, mores cum legibus,
ciuilia cum naturalibus inficete ad-
modum confundentes, obuiam itu-
rum intellexi. Luculentius etiam
mea in oculos incurrit hypothesis,
ius gentium, si modo hoc nomine
verum ius intelligamus, nihil aliud
quam ius naturae esse, si quidem in-
tegrarum gentium atque rerum pu-
blicarum facta ad illud exigantur.

Vltimam denique prioris editio-
nis partem, seu commentationem
de statu Imperii Romano-Germa-
nici, plane omisi. Erat enim deli-
neatio potius quam iusta tam nobi-
lis argumenti pertractatio. Addere
autem, quae desunt, si voluissem, in-
stitutionum philosophicarum mo-
dum, haec commentatio excessisset;
quod tamen facile fuisset, praeser-
tim

* * *

tim cum in meis p^raelectionibus,
iam multa, quae huc pertinent,
congesserim. Quare rectius me fa-
cturum spero, si aliquando seorsim,
ampliorem commentationem de
statu ciuili et ecclesiastico imperii
Romano-Germanici in lucem emi-
serim, in qua quicquid paucis et in
compendio, in vltima ista elemen-
torum practicae philosophiae parte
complexus sum, vberius prosequi, si
Deus annuerit, animus est.

Ceterum vt cuncta eo a me de-
stinata sunt, vt academicae pubis,
cuius salus vnice mihi curae cordi-
que est, commodis quam rectissi-
me prospiciatur, ita DEum etiam
supplex veneror, vt illa vberrimos
ex qualibuscumque meis laboribus
ferat fructus. Halae Magdeburgi-
cae, Idibus April. A. MDCCIII.

